

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Valentinus Vannius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

dentissimo semper studio docuit; Inter beatos vivit Immortalis, (d)

(d) P. Fieb. Theatr. Ill. Vir. p. 116.

Scripta.

Chronicon Regum Regnorumque omnium.
Tractatus de Causâ Bohemicâ,

Commentarius in Exodum.

Commentarius in Leviticum.

Commentarius in Micheam.

De instituendo Concilio Judicium, vernaculo sermone
manuscriptum 1540. 12. Febr.

VALENTINUS VANNIUS, * sive Wanner, primus Evangelicæ Religionis in Monasterio Maulbronnensi Abbas, Generalis SuperIntendens, non, (ut Clarissimus Serpilius habet, (a) Ulmæ Suevorum, sed Beilsteinii, Wirtembergicæ ditionis oppidulo natus, docente id vitæ cursu, quem ab ipso Vannio scriptum exhibet Godofredus Thummus. (b) Theologicis studiis eo cum successu operam navavit, ut primò Cisterciensium Ordini Maulbronnæ Nomen daret, atque Monasticam profiteretur. Deinde verò scriptis Lutheri permotus, ordine deserto (c) puram Evangelii doctrinam magnâ diligentia, Zelo & constantia, variis in locis docuit. (d) Et quidem ab initio in civitatulâ, Leonstein, ut Pastor & Sacellanus,

* Clar. 1530. Obiit. 1567.

(a) Epitaph. Sueb. p. m. 68.

(b) Chronic. Manuscript.

(c) Fecht, Supplem. p. 55.

(d) Matth. Hefner. in Or. Fun. Stephan. Gerlach, p. m. 12.

nus,
An.
milli
noris
juge
ptias
cum
153
lio, S
Jacob
renis
ratio
Past
Eccle
catus
Præp
mate
Eccle
Snep
(g) C
mula
Jo. C
Geor
anim
ta De
cup
cum
Exem

(e)
(f)
(g)
(h)

nus, sub Comitibus Friderico & Ludovico, à quibus An. Chr. 1532. die Sabbathi, post Pentecosten, dimissionem cum literis testimonialibus perquam honorificis impetravit. Eodem anno primam duxit Conjugem Margaretam, quâ cum feriâ Petri & Pauli nuptias celebravit in Seuchtwangen. Inde Culmbacum vocatus, Ecclesiæ ibidem usque ad Annum 1535. intervūt, quo dimissione à Johanne Schnabelio, SuperIntendente, die Lunæ post ferias Philippi & Jacobi, acceptâ, in Patriam suam Beilstein rediit, à Serenissimo Wirtembergiæ Duce, Ulrico, post recuperationem Ducatus, à Cæsareanis hæcenus possessi, ad Pastoratum, exactoque ibi sesquianno An. 1537. ad Ecclesiasticam Pastoris Backnangensis functionem evocatus; (e) ubi inter alios Johannes Magirus, postea Præpositus Stuttgardianus, ipsius Ministerio baptis- mate iniuiatus fuit. (f) Anno 1538. Stuttgardiam ad Ecclesiastæ in Xenodochio Munus promotus, Erh. Snepsum & reliquos in opere reformationis adjuvit, (g) Cum autem An. Chr. 1548. Dux Udalricus formulam Interimisticam recipere teneretur, Vannius Jo. Offterdingero, Ecclesiæ Stuttgardianæ Decano & Georgio Schnizero, Principis iussu adjunctus fuit, ut animos Ministrorum Ecclesiæ sollicitaret: Num juxta Declarationem Imperialem Ecclesiis suis inservire cuperent? (h) At vero Vannius cothurno Interimistico cum aliis voce & scriptis contradicens, suomet Exemplo docuit, quid reliquorum officii esset?

lis.

(e) Manuscriptum cit.

(f) Magir. Conc. Fun. AT. Lottero hab. pag. 26.

(g) Sekend. Hist. Luth. Libr. III. p. 123.

(h) Fama Andr. Ref. p. m. 26.

lisdem deliberationibus cum quoq; Nobilis Vir, Joh. Theodoricus à Plieningen, pius Consiliarius, adhiberetur, postquam vidit, quò res evaderet, & ad detrimentum Ecclesiarum Ducatus Wirtembergici cederet, pedem revocans, nequaquam amplius his actionibus interesse voluit. (i) Vannius itaque Pastoratu motus, sedatis Interimisticae Religionis tumultibus anno 1550. Cantstadium ad Pastoris & SuperIntendentis Ecclesiarum Officium traductus, An. 1552. cum Jo. Brentio & reliquis Tridentum ablegatus fuit, ut Confessionem Wirtembergicam Concilio exhiberet, eamque defendere juvaret, (k) Tandem An. Chr. 1558. d. 19. Januarii, Abbas Cœnobii Maulbronnensis electus & confirmatus, Evāgelicam doctrinam commendatis fidei suæ Adolescentibus dexterrimè instillavit. Anno 1563. liberationem à Synodorum Visitatione & Inspectione licet ægrè impetravit. An. 1564. Colloquio de S. Cœnâ & omnipræsentiâ humanæ Christi Naturæ, in præsentia Electoris Palatini & Christophori, Wirtembergiæ Ducis, instituto adfuit. Amisit à jam An. 1548. Stuttgardiæ primâ thalami consortē, ex quâ sedecennio quinquies Pater erat factus, nimirum 2. filiorum & trium filiarum; Alteram sibi junxit Annam Rieleriam, Ulrici Majeri, Viduam, quæ 1557. in Vigilia Petri & Pauli diem quoque suum obiit. (l) Theologus ipse fuit, J. Andreae Diaconi Collegæ illius testimonio, reverendus & doctissimus; (m) A. Osiandro teste, ob profunditatem doctrinæ & constan-

(i) Fam. And. l. c.

(k) Fecht. Supplem. p. 56.

(l) Manuscriptum.

(m) F. Andr. p. 11.

constantiam in edendâ Veræ Religionis Confessione,
aliasque Virtutes eximias, sempiternâ Memorîâ
dignus; (n) scriptis contra Librum Interim istum &
de Missâ contra Johannem Fabri celeberrimus. (o) Se-
nio confectus beatè obdormivit in Domino A.C. 1567.
d. 27. Augusti. Sepultus in Templo Maulbronensi.
Imaginem Viri exhibet Pantaleon Prosop. P. III. Vi-
tam aliquatenus, sed inverso quantum ad spartas ordi-
ne & brevissimis recenset Dominus Fechtius, Theolo-
gus Celeberrimus. Nicodemus Frischlinus in De-
scriptione Monasteriorum Wirtembergiæ de illo sic
canit:

*VANNIUS ætheriâ Vir præstantissimus Arte,
Dotibus Ingenii maximus, ore pius.
Pabula qui sancto cælestia Doctor ovili
Præbuit, & vivo pane cibavit oves.
Quique renascentis divina Oracula Verbi
Asseruit calamo, vocibus, ore, manu.
Sanctæque Victricis mandavit dogmata chartis,
Grande quibus longo tempore nomen erit.
Nuper & immisso prostravit fulmine Missam
Cœlitus, inventum, frivola Roma, tuum.
Vannius hic nostris postquam digressus ab oris,
Militiæ ad Superos transfudit arma suæ: &c. (p)*

B

Scripta.

(n) Or. Fun. Jo. Magiro hab. p. 7.

(o) Fecht. l. c. & Aug. Brunii Lib. Syn. p. 140.

(p) Libr. IV. Eleg.